



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Artic. IV. Qua ratione exerceri possit devotio erga sanctissimam Virginem,
quin committatur aliquis defectus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

notis religiosi & supernaturalis. Hoc esset extollere idolum Dagon, illudque collocare super Altare juxta Arcam Domini: Ita abs eo, quod aliquid dividamus, vel confundemus, aut extra ordinem collocamus, reddere debemus omnem honorem DEO soli, omnem

honorem soli Sanctissimæ Virgini, & omnem honorem cæteris Sanctis. Honorate, adorete, magnificate quamlibet ex ipsis in suo Ordine, nec metuite, vos excessuros unquam impendendo ei omnem honorem ipsi debitum.

* *

ARGUMENTUM.

Quâ ratione exerceri possit devotio erga Sanctissimam Virginem, quin committatur aliquis defectus.

ARTICULUS IV.

Regala certa devotio-
nis erga
sanctissimam
Virginem.

NE tuam metiaris devotionem ex tenetudine Cordis tui, nec ex fervore precum tuarum, nec ex zelo exstimulante te ad honorandum Sanctissimam Virginem, nec ex magnitudine confidentiæ, quam collocas in potenti ipsius Intercessione; hæc omnia non sunt, quæ constituere possunt vel excessum, vel defectum devotionis tuæ; sed attendenda est natura ipsius obsequij, quod ipsi impendis. Si impenderes ipsi minimam partem honoris Supremi, qui latria dicitur, solique debetur Deo, etiamsi id fieret cum affectu Cordis tui satis moderato, merito arguendus & explodendus fores: Ah! indiscretio; ah! criminiosus immoderate devotionis excessus! nimium hoc est, plus ipsi, quam debeas, impendis. Sed quamdiu contineris intra limites Hyperdulæ, quæ tota integra de-

betur Sanctissimæ Virgini, dilata & extende, quantum volueris & potueris devotionem tuam, nec cohibe affectus tuos, fervores tuos, confidentiam tuam, nec tuum pro ipsius gloria zelum, & metuere noli, te unquam abripiendum in aliquem excessum. Quando atderes tanto fervore, tantoque amore, quanto exarsit Seraphicus Doctor Sanctus Bonaventura, ipsam cum S. Bernardo his alloquens verbis: *O magna, ô pia, ô multum laudabilis MARIA: Tu nec nominari potes, quin accendas; nec cogitari quidem, quin recrees affectus diligentium te: Tu nunquam sine dulcedine divinitus in sita pia memoria portas ingrederis.*

Si haberes zelum æquè succensum, nec minus extaticos devotionis raptus, quales sunt illi, quos ostendit Ecclesia in devotione suâ erga amabilissimam hanc Matrem, dura

S. Bonavent.
in spec. B. Y.
c. 8.

Tithemius
Catalogo
Oratorum II
S. Be-
dici c. 34
Abbas An-
thony;
Abbas Regi-
m.
convent.
pcc. B.Y.
 dum indies decantat ipsi per aliquot
 menses in anno Antiphonam hanc
 totam amore plenam, totamque
 celestem, *Salve Regina*. Nonne
 admiraris devotionem cordis, unde
 ipsa profecta est? Dicitur iucun-
 distimum hunc fructum esse devo-
 tionis, quâ insignis fuit celebris
 ille Hermannus cognomento con-
 tractus, de quo superius jam ver-
 ba feci, tanquam de viro ex illu-
 strissimâ prosapia oriundo, sed à
 naturâ tam malè effigiato, ut pro-
 jecerit ipsum in mundum, velut
 parvam quandam informem mas-
 sam, & quasi in orbem quandam
 contractam, citra id, quod con-
 cesserit ipsi quasi usum unius è
 membris Corporis sui: Sanctissi-
 ma Virgo, quam amabat arden-
 ter, & incessanter deprecabatur,
 tantâ pulchritudine condecoravit
 ipsius animam, quantâ deformitate
 natura ipsius scœdaverat Corpus;
 Siquidem evasit in prodigium San-
 ctitatis & pietatis, ac pulcherri-
 mum Ordinis S. Benedicti Orna-
 mentum, uti refert Abbas Tithem-
 ius.

Hic fuit, qui in gratitudinem
 tantorum favorum ab ipsâ accepto-
 rum concinnavit illi eximiam hanc
 Antiphonam, in quâ, postquam
 salutaverat ipsam velut Reginam
 suam, ac Matrem Misericordiæ,
 vocat eam *vitam suam, dulcedi-
 nem suam, & spem suam*. Assumit
 etiam vocem omnium filiorum Evæ,
 qui miseri sunt exules, ipsique di-

cit nomine omnium: *Ad te cla-
 mamus, ad te suspiramus gementes
 & flentes in hâs lacrymarum valle:*
 Et posthæc novo prosus cum fer-
 vore denuò prosequitur: *Eia ergò
 Advocata nostra illos tuos misericor-
 des oculos ad nos converte, & JE-
 SUM benedictum fructum Ventris
 tui nobis post hoc exilium ostende.*
 Tandem postquam omnes has tam
 ardentes, tanque affectuosas ef-
 fuderat preces, ex intimo cordis
 sui profectas, quasi totus exhau-
 stus esset viribus, & amplius nil
 posset, suum absolvit Carmen per
 tres exclamationes, quæ veluti tot
 sunt deliquia amoris, in quibus
 exhalat per breves & intercessas vo-
 ces, reliquas animæ suæ flammæ:
*O Clemens! O pia! O dulcis Vir-
 go MARIA!*

An quidquam affectuosius sit in
 mundo, majori plenum reveren-
 tiâ aut fervore majori? Nonne di-
 ceres, quod ipsam aspiciat, ipsam
 honoret, ipsamque obsecret velut
 ipsum Deum? quid dicere posset
 amplius divinæ Majestati suæ? Et
 tamen devotio ipsius erga sanctissi-
 mam Virginem, quæ edulque pro-
 grediebatur, nec excessiva erat,
 nec indiscreta, eòquod nunquam
 deseruerit ordinem adorationis Hy-
 perdulciæ ipsi debita.

Verum est, quod plures Hæreti-
 ci, quibus accenietur Petrus Pseu-
 do-Martyr, videantur speciale ac-
 cepisse mandatum ab inferno, ad
 indicendum bellum egregiæ huic

Gasta bene
 devotionem
 admirabilē
 Antiphonæ:
Salve Regina

Petrus Pseu-
 do-Martyr
 in Comen-
 ad cap. 3.
 prioris ad
 Coriath,



Hæretici
abhorrent
pulehram
hanc Anti-
phonam,

Antiphona: tantum is erga illam demonstrat horroris. Oppugnat eam in omnibus ipsius verbis; sed nec unicum illorum est, sub quo non maneat obtritas: obtritus inquam, velut sub ictu fulmineo, dum tota Ecclesia ex eo sibi suum facit triumphum, illamque incessanter repetat maximam cum cordis sui jubilatione: quoties namque observaveris, quod, dum venit in cantandam eximiam hanc Antiphonam sub finem officij divini, tota Ecclesia, & Clerus, & populus, & viri, & pueri, succensu videantur zelo inusitato, prorsusque novo, omnesque unanibus votis, suas in cælum emittant voces, clamando cum omni, quæ superstes ipsis est, fortitudine ac animi conrentione: O Clemens! O pia! O dulcis Virgo MARIA!

Quis audeat dicere, totam Ecclesiam à Sancto Spiritu directam, alere devotionem excessivam vel indiscretam erga sanctissimam Virginem, dum ita suum ostendit zelum in glorificando illam, in invocando illam, in exhibendo illi sua signa amoris? Non, ipsa excedere non potest, eòquod permaneat semper in ordine adorationis Hyperdulæ, quam totam debet Matri huic Admirabili: hanc reddit ipsi soli, & in tota perfectione,

quæ reddere ipsi potest: Ne metuas, excessurum te unquam, quando haberes solus devotionem, zelum, reverentiam, & nobilissimos quosque affectus, quibus tota Ecclesia prosequitur ipsam, non prorueres tamen in excessum, nec indiscretionis argui posses tua devotio; sed potius ex adverso, quis suspectam non teneat fidem & innocentiam alicujus animæ, quæ erga Sanctissimam Virginem nihil alit devotionis? Nonne observatum est, specialem semper extitisse notam omnium hæreticorum omniumque reproborum, & percontata ferè sæcula aluisse hos contemptum, aversionem alios erga Virginem Sanctissimam? Omnes impugnantur ipsam diversis modis, & omnes tantò magis exaltant ipsam, tantòque clarius illustrant gloriam triumphi ipsius: Et ideo decantat ipsi Ecclesia, applaudendo illius gloriæ, & assumendo sibi partem ipsius gaudij: *Gaude MARIA Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.* Attinendum non sit, insinuasse te vaporem quendam infernalem, spiritum quendam impietatis vel hæresios in animas, quæ nihil fovent devotionis erga Sanctissimam

Virginem.

* * *



ARGU.